

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 12 : De Scylla & Charybdi](#)

## Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

## Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[108\] : De Scylla](#)

---

## Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 12 : De Scylla & Charybdi](#)

---

## Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 13 : De Scylle](#) est une transformation de ce document

---

## Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 12 : De Scylle](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

paratur, inter quos fuit Steffimbrotus, alij quia nauem in Mysiam redire nolent, ab Hercule caesos fuisse maluerunt. Semus, quia cursu vicissent, per inuidiam ab Hercule caesos tradidit. Nicander Colophonius, quia Boreas sibi tempestatem in insulam Con immisisset, cum reuerteretur, ab Hercule ob iram trucidatos putauit, at non à generis Leucippi. Neq; plura de Boreas memorantur ab antiquis. Scripsit Helagoras in rebus gestis Megarensium Boream, qui Orithyiam rapuit, non ventum, sed iuuenem fuisse Strymonis filium ita vocatum, qui cum illam in matrimonium à parentibus impetrare non posset, ad raptam se accinxit, raptamque in Thraciam deportauit. Quamuis alij non à Borea, sed à populis Thraciae Boreae nomine raptam fuisse putarunt, ut ait Ouid. in Epist. Paridis:

*Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,  
Tuta tamen bello Bistoniora fuit.*

Alij deiectam fuisse Orithyiam è præcipiti loco in Ilium fluiuium existimant, quæ cum nullibi post inuenta sit, locum dedit fabulæ, quod eam amatam Boreas in Thraciam asportasset. Quod Harpyias à mensa senis Phinei expulerint, crediderunt nonnulli Harpyiam & Erastiam filias fuisse eius senis, quæ cum patrum honestam viuendi rationem complecterentur, paternas facultates immodicè exinanirent, domumq; paternam turpiter exhaurirent. Has ambas cum filij Boreae secum abduxissent, putati sunt Phineum egestate fameque liberasse. Quid contineatur sub hac fabula, præter historiam, non reperio. Atq; locum aliquem doctionibus etiam relinquo. At nunc de Scylla dicamus.

*De Scylla & Charybdis.*

CAP. XII.

**S**CYLLA & Charybdis, monstra infesta nauigantibus maximè timenda, existimatae sunt, quæ foeminae quondam dicuntur fuisse. Fuit igitur Scylla Phorcynis & Hecates filia, ut sensit Acusilaus: ut verò Homerus, Crataeis fuit eius mater: quæ tamen eadem est, ut Apollon. Acusilaum fortasse secutus scripsit lib. 4.

*ἢ παρὰ τρυφῆς συμερῶν κλυδωνῶν τε ἰσθμῶν,  
τρύβησιν ἢ ὑστέρῃσιν ὀλοσφροσίν, ἢ τῆσιν ὀφθαλμοῖσιν,  
τυκτιπέλασ θ' ἐσθῆτι, τῆσιν κλέϊσιν κρῆταισιν.*

*ἢ τῆσιν ἰσθμῶσιν ἀπὸ τῆσιν Scylla comcedere ἰσθμῶσιν.*

AN

*Aufonia Scylla Phorci de femine nata,*

*Noëti magaz, Hecates, qua dicitur vna Cratai.*

Chariclides vero in Cathena, Phorbantis & Hecates filiam fuisse tradidit, Stefichorus Lamiæ. Timæus lib. 31. historiarum non è Phorcynæ, sed è Typhone natam fuisse asserit: alij è fluuio Crati. Fuerunt qui dixerint Scyllam fuisse olim filiam Nisi regis Megarensium, quæ capta amore Minois, patris purpureum capillum, quo incolumi ille mori non poterat, vt respōdit oraculum, clam abscidit, patremque ipsum, & Nisæam ciuitatem Atheniensibus prodidit. nam cum Athenienses Nisi fines hostiliter inuassent, ceperunt nonnulla oppida subitis incursionibus, ipsumque Nisum in urbem Nisæam incluse- runt, & obsederunt, vt ait Pausanias in Atticis, & Strabo libro 8. Fama est igitur Minoem illam in profundum maris deturbasse odio proditiōis, quare in monstrum marinum versa sit. Alij dicunt illam desperatione captam cum à Minoe neglecta relinqueretur, post proditiōem se in mare præcipitasse, & Deorum ira canes additos esse vt illam in monstrum versam assidue lacerarent. Fuerunt tamen qui duas fuisse Scyllas dixerint, alteram Phorci, alteram Nisi filiam: atq; hanc postremam post casum capillum cum illam pater insequeretur, in cirim fuisse conuersam, patrem in halæretum, aues inter se insensas, vt in lib. 1. Georgicorum ait Virg.

*Apparet liquido sublimis in aere Nisus,*

*Es pro purpureo pennis dat Scylla capillo.*

*Quacumq; illa leuem fugiens secat æthera pennis,*

*Ecce inimicus atrox magno stridore per auras*

*Insequitur Nisus: quæ se fert Nisus ad auras,*

*Illæ leuem fugiens raptim secat æthera pennis.*

Paus. in Corinthiacis Scyllam Nisi filiam neq; in auem mutatam scribit, neq; in monstrum marinum, quæ patrem Minoi prodidit, neque à Minoe vxorem ductam, vt sibi promissum fuerat, sed ipsius Minois iussu in mare deiectam, quæ maris vndis agitata sit, donec ad Scyllæum vocatum promontorium sit delata, vbi tamdiu insepultū iacuit cadauer, quamdiu à marinis volucribus voraretur: vnde locus datus fuit fabulæ, quare ita ad illud alludit Ouid.

*Filæ purpureum Nisi furatæ capillum,*

*Puppe cadens manu facta refertur aui.*

Zenodotus libro 3. Compendiorum, suspensam fuisse inquit Scyllam de protra nauis, in qua uehebatur Minos, & per mare tractam, donec ita interierit. Scyllam vetò, quæ dicta est Phorci filia, præstantem forma corporis mulierem fuisse memorant, quæ cum Neptuno concubuerit, qua re cognita pharmacum Amphitrite in fontem, in quo se lauere Scylla consueuerat, iniecit, eamque in furorem actam cum se in mare præcipitasset, in monstrum marinum conuertit, vt scripsit Myro Prianeus lib. 5. rerum Messeniatarum. Alij fabulati sunt Scyllam rem habuisse cum Glaucò, quod ægè ferens Circe, quæ illius amore tenebatur, pharmacis fontem, in quo lauari Scylla consueuerat, iniecit: quibus illa pube tenus in varias formas mutata sit. Scylla igitur sua deformitate territa, amissæque formæ desperatione capta, se in mare præcipitauit: quare locum dedit fabulæ, vt ait Zenodotus Cyrenæus. Scyllæ formam ita describit Isacius: ἕξ μὲν κεφαλὰς ἔχων, κέμπη, κωὸς, λίαντα, γοργόνια, φαλαίνας, ἀνθρώπων ἴσ' ἑβδ' αὖ. Sex habens capita, et terna, canis, leonis, Gorgoniæ, balana, fœmina: pedes autem duodecim. qui idem aliorum sententias secutus, diuersam formam illi tribuit. Alij dixerunt oculorum tenus Scyllam pelchertimam fuisse mulierem, at sex habuisse canum capita, reliquam corporis partem fuisse serpentum. Homerus libro 11. Odysseæ & capita sex, & duodecim pedes illi fuisse scribit, & singula capita habuisse tres ordines dentium, vt est in his

ἔῃσα δ' ἐνὶ τρυφῆσι δ' ἐνὶ λιλακίῃσιν  
 τῆς ἥτοι φωνὴ μὲν ὅση σκύλακος νεογυμῆς  
 γίνεσθαι αὐτῆ δ' αὐτὴ πέλορ κρεῖν, ὅδ' ἕ κα τίς μιν  
 γυθῆσθαι ἰδὼν, ὅδ' ἑὶ θίος ἀντιάσθιν,  
 τῆς ἥτοι πόδες αἰσιδουώδεια, πάντας αἰσῶν  
 ἕξ δ' ἐτί οἱ δ' ἑσσι περιμήκεις, ἵν' ἑ ἑκάστη  
 σμικρὰ ἀλιν κεφαλῆ ἑ ἑ, πρὶ σπιχοῖ ὀδ' ἑντας,  
 πυκτοῖ ἑ ἑ ἑ ἑ, πλεῖσι μύλωνος θανάτοισι.  
*Hoc habitat grauitter latrans ac Scylla profundum,  
 Cuius vox similis canibus; monstrumque horrendum,  
 Ipsa graui pestis, nam si Deum obuium illi  
 Qui fieret, posset latrans, nilque timere.  
 Namque pedes illi bisseus, collaque longa  
 Sunt sex huius, caput horrendum qua singula monstrant:  
 Dentibus est ardo triplex, illique frequentes,*

*Et semper nigra mortis Vestigia servant.*

At Virgilius libro tertio Æneid. aliter eius formam descripsit in his:

*At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris  
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.  
Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo  
Pube tenus, postrema immani corpore Pistrix,  
Delphinum caudam Vtero commissa luporum.*

Fabulati sunt præterea hanc oculos igneos habuisse, & adeo longa colla, ut vel longinquas naues ad se posset attrahere, quare ita scripsit Apollon. lib. 4.

*μή πως σμικρὰ ἀλλοιοῖσιν ἰπαίτῃσσι γέννασιν  
λακτοῦς ἠρώων δὴ κλύσται.*

*Ne forte horrendis maxillis concita laedat  
Delectos heros.*

Fabulantur igitur quod quicumque appulissent eò, faciebant naufragium, hominesque ab ijs canibus qui erant circa pudenda Scyllæ, vorabantur, ut testatur Virgilius in Sileno:

*Quid loquar? aut Scyllâ Nisi, aut quam fama secuta est,  
Candida succinctam latrantibus inguina monstrum,  
Dalychias vexasse rates, & gurgite in alto  
Ab timidis nautas canibus lacerasse marinis?*

Charybdis item voracissima mulier dicitur fuisse, quæ cum furata esset nonnullas boues Herculi boues Geryonis abigenti, à Ioue fulmine icta fuit, & in illud monstrum marinum versa. Alij tamè ab Hercule cæsam fuisse inuenerunt, & à Ioue in monstrum conuersam. at Isacius Mnaseata Patrensem in navigatione secutus furtum hoc Scyllæ tribuit, qui illam ab Hercule cæsam fuisse scribit, patris verò Phorcynis opera postea in lebere subiectis lampadibus coctam reuixisse. Hæc ea sunt ferè omnia quæ de Scylla & Charybdi, periculosis maris Siculi scopulis, ab antiquis memorantur. Describuntur ita illi scopuli ab Homero lib. 11. Odyss.

*εἰ δὲ δῖω σκόπελοι, ὁ μὲν ὄρατον ὄρω ἰκάνη  
δὲ πη κορυφῆ νεφέλη δὲ μιν ἀμφιβέβηκε  
κυκλίη, τὸ μὲν ἔσσι ἰωάνη, ὃ δὲ πῶτ' αἰθρη  
κίην ἔχει κορυφῶν, ἔτ' ἐν θέρῃ, ἔτ' ἐν ὀπώρῃ.  
ὃ δὲ κιν ἀμβλαίν βροτὸς ἀτήρ, ἔκωτα βλάη,  
ὃ δ' αἰ χεῖρ' ἰς γένηκοσι, καὶ πέδις ἦν.*

Hi duo sunt scopulis, praecincto vertice caelium  
 Hic adit, assidue cogitur qui nubibus atris:  
 Nulla serena dies hic est, non tempore messis,  
 Nec quando apricus lument in collibus una.  
 Nec si viginti manibus, pedibusque, vir sellus  
 Scandere nitatur, poterit, non inde redire.

Alium scopulum paulo inferius idem poeta ita describit:

τὸν δ' ἔτι ῥα ἐκὼπιλατ' ἡραμαλώτερον ὄψ' ὀδυσσεύ,   
 πλοῖον ἀμύλασ, καὶ κατ' ἰστίουσ' ἔσσι.   
 τῶ δ' ὀπίρριος ἔστι μέγας φύλλοισι τεθελῆσ.   
 τῶ δ' ὑπὲρ δ' ἰα χάρυβδ' ἰσ ἀταρρεῖβ' ἢ μέλας ὕδωρ.   
 τρεῖσ μὲν γάρ τ' ἀνίστασιν ἰπ' ἡμῶσι, τρεῖσ δ' ἀταρρεῖβ' ἔσσι.   
 δ' αἰὼν μὴ σὺ γὰρ κῆρι τύχῃσ ὅτ' ἔρῃβ' ἠσῆσ.

Alter erit scopulus depressior optime Ulysses,  
 Vicini inter se hinc namque, hinc super aeneis artu,  
 Si libeat) foliisque daret ficulinas ibidem  
 Maxima sub qua baurit pelagus diuina Charybdis.  
 Ter bibit illa dicit, epotas terque euomat undas.  
 Observa, ne sorbenti sis inde propinquus.

At Virgil. luculentissimè rem ita expressit, breuissimè libro 3.  
 Æneid.

Dextrum Scylla latius, laeuum implacata Charybdis  
 Obsidet, atque imobrarat hinc ter gurgite vasto  
 Sorbet, in abruptum fluctus, rursusque, sub antas  
 Erigit alternos, et sidera verberat unda.  
 At Scyllam cacu cohibet spelunca latebris,  
 Ora exertantem, et naues in saxa trahentem.

Strab. lib. 1. ut videtur putasse Homerus, fluxum maris ac refluxum vehementem fieri circa eos scopulos in mari Siculo putauit, quibus in locis cum grauissimus esset strepitus propter saxorum concavitates, fabulati sunt antiqui canes esse circa latera & inferiores partes Scyllæ, qui illam vocarent. hanc rem ita scribit Isacius; ἡ σκύλα περὶ τὸ Ἰόνιον τῆς κυκλάδος ἐστὶν ἀκρωτήριον, ἔχει ἄρ' ἡσ θαλάσσιαν ἔκαστω πύργῳ πύργῳ καὶ μέγισται, ἡ χρυσῆ καὶ λευκὴ τὸ πῦρ καὶ ἀπὸ ἡλίου, ὅσ' οἱ κατὰ μέγεθος θηρὲς θαλάσσια. τῶν δὲ πλοῖων ἰνταῖς πύργῳσ ἀκοντίζομεθα ὡς τῶν καρυβδῶσ ὕδατος, καὶ συγκλονομένων, τὸσ ἀνδρατ' ἰσδ' ἔσσι. ἡ χάρυβδ' ἰσ δὲ καὶ ἡ σκύλα πλοῖοισ' ἔσσι. ἡ μὲν γὰρ χάρυβδ' ἰσ περὶ μισίνωσ ἰσ ἡ δὲ σκύλα περὶ τὸ Ἰόνιον. Scylla pro-

*promontorium est iuxta Rhegiū Sicilia, in mare prominēs, sub quo sunt saxa multa & ingentia, qua locos interius habēt cauosi, & speluncas, in quib. habitāt mōstra marina. Vbi nauigia fuerint hīs petris ab aqua Charybdis illisa & euerſa. tūc homines ab illis ferē vorantur. Charybdis autē & Scylla vicina inter se sunt: atq. Charybdis est iuxta Messanā, Scylla iuxta Rhegiū. Dicitur sunt ideo mulieres hae fuisse, quod illa forma fuerit scopulorū, ut procul spectantibus mulierū formam prae se ferrent. nam, ut traditū est in opticis, pro distantia spectantium, & pro sita rei collocatē, multa sunt quae aliam atque aliā formā, vel plantē, vel animalis, vel regionis prae se ferāt. illud autem ita esse declarauit his verbis Apollonij Rhodij enarrator, quod etiam scriptum fuit ab Agatharchide lib. 7. rerum Europicarū: ἀκρατήριον δὲ ἐστὶ τὴ σκυλλὰ, ἔχει γὰρ εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα καὶ πρόσωπον ἔχον γυναικός. καί τινος ἀκρατήριον εἰς τὴν πέτραν καὶ μεγάλα, ἔχουσι καὶ λυγρὸν καὶ σπηλαιον, ἐν αὐτῇ θάλασσαν θυρία μένουσιν. Et ne omnia Graeca hic ascribam, sententiam tantū ita explicabo: Scylla promontorium est in mare prominens, forma facieque muliebri. sub ipso promontorio petrae sunt ingentes & complures, quae locos concauos & speluncas habent interius, in quibus habitant ferē marinae. Quaecunque igitur nauigia compulsa fuerint ab undis vel à tempestate in Charybdim, ibidem submersa ab ipso mari absorbentur. at quae ab undis Charybdis agitata rursus & compulsa in asperas & latentes Scyllae petras irruerint, quatantur & dissumpuntur; postea ferē illae monstraque marina multiplicia exeuntia, homines è nauibus colligentes edunt. Quidam diligentius rem explicantes maris traiectum septem stadiorum esse inter Italiam Siciliamque tradiderunt, qui τὸ ῥήγιον siue fretum fuit appellatus. atque ex tribus Siciliae promontorijs Lilybaeo, Pachyno & Peloro, Pelorus Italiam prospectat, sub quo sita fuisse dicitur Charybdis. ex huius regione Scylla fuit in Italia sub alio promontorio ex illa Italiae parte in mare prominente, quod similitudinem ac speciem haberet mulieris. Dicta est Scylla à poetis habere canes, qui è lateribus pectoreq; promineant, & interimant nauigantes, quoniam ex inferiore loco, è concauitate saxorum scilicet, in qua latent, exeuntes, seque superius ex eius latere extollentes, exire è pectore ferē illae videantur. fuit igitur scopulus, &*

profunditas aquarum, & forma eius scopuli, quæ fabulæ locum dedit. Cùm Hercules iuxta hæc loca nauigasset, magnamque partem illarum bouum quas secum ueliebat, amississet, dictus est interemisse Charybdim, quia machinis quibusdam locum illum expurgauit, & in posterum nauigabilem fecit, ita ut neq; Scyllæ neque Charybdis vllum ad posteros vestigium manserit. dicta fuit autem Scylla ἀπὸ τῆς συλλᾶν, à spoliando scilicet, vel à σπύλλῃ vexando: quamuis ἀπὸ τῆς σκυλάκου, à canibus, quidam putant. at Charybdis ἀπὸ τῆς χάριτος ab hincendo, & χάρδιον sordeo, nominata est. ¶ Ego sanè virtutum vitiorumque naturam sub hac fabula contineri crediderim, quia cùm inter duo pericula nauiget is qui ex altera parte Scyllam, ex altera Charybdim habeat. solus denique tutus & incolumis euadit, qui neutri horum periculorum magis adhaerent: hoc quid aliud significat, quàm quod scribitur ab Aristotele in Ethicis, virtutem esse medium duorum extremorum, quæ ambo sunt vitanda? Ut autè vitia deuitatem extrema, his partim femineas formas ut inuitatibus ad se, tribuunt, partim figuras immanissimarum ferarum: quippe cùm eò accedentibus calamitates proponerēt, & vitæ ac facultatum iacturam, cùm canes, & varia monstra horribilia his adiunxerint, quæ inhaerentes vorarent. Nā quid aliud est vita mortaliū, quam assidua inter varias molestias & illegitimas voluptates nauigatio? is autem vnus, qui sanctè pieque vixerit, & qui vitia vtriusque existentia deuitauerit, incolumis in patriam, quod beatum est animarum post hanc vitam concilium, cui præsertim Deus, peruenire poterit. Sed quoniam in errores aliquando collabi omnibus facile est, & plerisque cōtingit, si quis illis scopulis appropinquet, continuo est inde totis vmbus recedendum. nemo est enim ex omnibus hominibus, qui non ab ipsa natura ad voluptates incitetur. Idcirco poetarum omnium prestantissimus Homerus multis amissis inde vix ab nauigationem fecit Vlysem: quia pauci sunt viri fortes in periculis & multo pauciores prudentes, vbi semel voluptatum facti sunt capti, nec ab illis postea explicare se facillè possunt. Dicitur Scyllam hoc monstrum à Circe conuersa fuisse, cùm mulier esset pulcherrima, quod omnes qui declinant à ratione, rectoq; vitandi instituto, brutorum animos induant. Quid enim Circe esse dicebamus? an non titillationem naturæ ad voluptates in-



titantem; cum vellent igitur demonstrare antiqui (ut summam dicam) plenissimam esse difficultatum & periculorum vitam humanam, nauigantique inter duos grauissimos scopulos simillimam: quæ si parum sapienter gubernetur, voluptatibus allekti homines in maximas miseras incidit: hæc de Scylla & Charybdi excogitarunt: quæ iucundissimis narrationibus & fabulosis vestierunt, ut qui parum salutis suæ alioquin essent studiosi, saltem suauitate figmentorum ad audiendam vitæ rectè instituendæ rationem allicerentur. Alij crediderunt hanc fabulam ad moderationem sumptuum spectare, quippe cum incauti in fœnus incidant, tanquam in Scyllæum fretum, vnde omnium facultatum vno tempore posita sit iactura: quod videtur innuisse Cicero in orat. pro Pub. Sextio. At nunc de Orione dicamus.

De Orione. CAP. XII.

**O**RION ille, qui, ut traditum est in fabulis, fuit inter sidera collocatus, Hyrico Neptuni filio & Alcyone natus fuisse dicitur, de quo scriptum est ab Euphorione his verbis: ὁ ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης μῆτρ' ἔν' Ἀτλαντὸς θυγατρὶ, ἰώκει μὲν ἐν Ταναγρᾷ τῆς βοιωτίας· φιλεῖσθῶτα ποσειδῶν, ὑπεδέξατο ποταμὸν καὶ θίου. Ζεὺς δὲ καὶ ποσειδῶν καὶ Ἡρα κῆρ' ἐπιέτασαν αὐτῷ, καὶ τὴν φιλοφροσύνην ἀποδέξαμενοι, παρηγοῖαν αὐτῶν ὅτι αἰεθούλοιο. ὁ δὲ, ἀτακτοῦ ὄν, ἠέρετο παῖδα. λαβόντας οὖν εἰθεὶ τῶν τοῦ Ἡραυραγῶντος αὐτῶν βόας βύρβρα, ἀπεπέμψεν αὐτοῖς, καὶ ἐκέλευσε κρυφῆσαι κατὰ γῆν, καὶ ματὰ δὲ καὶ μῆνας ἀνελίθαι. καὶ διελθόντων γένετο ὁ οὐρίων, οὕτως ἐπιτομασθῆς διὰ τὸ ἕρησσι ὠσπερ τὴν θύρην ἐπέτασαν βύρβρα μόνον, ἢ ῥίον. *Hyricus Neptuni et Alcyones filius, quædam fuit ἐ filiabus Atlantis, aliquando in Tanagra ciuitate Bootia habitauit, cum Verò benignus esset aduersus hospites, Dii quoque dicuntur in eius hospitium accessisse. Iupiter autem & Neptunus, & Mercurius ab illo liberaliter tractati, eiusque benignitate delectati proposuerunt, ut quodcumque liberet peteret. Hic cum adhuc esset sine filio, filium poposcit. Tum Verò Dii pellem mactati bouis sibi capientes in ipsam sementem profuderunt, iusseruntq; illam sub terram occultare, neque ante decimum mensem aperire: quibus mensibus peractis natus est Orion, qui ita vocatus est, quòd quasi mixissent*